¶ De re iudicata ꝛ de effectu ſniaꝝ.
De confeſſis. De ceſſione bonorũ. Ex
quibus cauſis in poſſeſſionem eatur.
De bonis auctoritate iudicis poſſidẽ
dis ꝛ venundãdis. De priuilegijs cre
ditorum. De bonorum ſeparationib'.
De curatore bonis dãdo. Que ī frau-
dem creditorum facta ſunt: vt in inte-
grum reſtituantur.

v. ¶ Interdicta bona: legataq̃ȝ
quinta notabit.
Ne vis de tabul. ſacer. ꝛ loca pu
blicus hic ſunt.
Poſt fruitur: reficit de flumini-
bus: prior eſtas.
Nauigat: ꝛ ripa: de vi: ſic poſſi-
deatis.

Eſtqꝫ pficiēs:iter:act⁹:q̄tidiana.
Iſtis de riuis addas: de fonte cloacis.
Quod vi:clamue:remitto: precaria:ceditur arbor.
Glans ⁊ liber homo:ſatus exhibeatur:vtrobi.
Cum de migrando:iungatur ſaluia dictum.

℃ Quinti libri rubrice.

℃ De interdictis ⁊ extraordinarijs actionibus que pro his competunt. Quorum bonorum. Quorum legatorum. Ne vis fiat ei qui in poſſeſſionē miſſus erit. De tabulis exhibendis. Ne quid in loco ſacro fiat. De locis ⁊ itineribus publicis. Ne quid in loco publico vel itinere fiat. De loco publico fruendo. De via publica ⁊ itinere publico reficiendo. De fluminibus: ⁊ ne qd in flumine publico:ripaue eius fiat quo peius nauigetur. Ne quid in flumine publico:ripaue eius fiat qui aliter aqua fluat q̄ͣ i priori eſtate fluxit. Ut in flumine publico nauigare liceat. De ripa munienda. De vi ⁊ vi arma. Uti poſſidetis. De ſupficieb⁹. De itinere actuqꝫ priuato. De aq̄ quotidiana ⁊ eſtiua. De riuis. De fonte. De cloacis. Quod vi aut clam. De remiſſionibus. De precario. De arboribus cedendis. De glāde legenda. De homine libero exhibendo. De liberis exhibendis:vel deducendis. Utrobi. De migrādo. De ſaluiano interdicto.

vj. ℃ Exceptio ſexta:res iudico tempora ſcribens.
Sunt dolus: ⁊ iurans: lites: ac actio iuncta.

℃ Sexti libri rubrice

℃ De exceptionibus ⁊ preſcriptionibus. De exceptione rei iudicate. De diuerſis ⁊ temporalib⁹ preſcriptionibus:⁊ acceſſionibus poſſeſſionum. De doli mali ⁊ metus exceptione. Quarum rerum actio non datur ⁊ de exceptione iuriſiurandi. De litigioſis. De actionibus ⁊ obligationibus.

vij. ℃ Septima verba duo tradit ſeruo ſtipulanti.

℃ Septimi libri rubrice.

℃ De verborum obligationibus. De duobus reis ſtipulandi:⁊ promittendi. De ſtipulatione ſeruorum.

viij. ℃ Parte fideiuſſor patet octauo nouo ſoluo.
Acceptat:pretor: ſaluam: ſolui ratam haberi.

℃ Octaui libri rubrice.

℃ De fideiuſſoribus ⁊ mandatoribus. De nouationibus ⁊ delegationibus. De ſolutionibus ⁊ liberationibus. De acceptilationibus. De pretorijs ſtipulationibus. Rem pupilli vel adoleſcentis ſaluam fore. Judicatum ſolui. Rem ratā haberi:⁊ de ratihabitione.

ix. ℃ Delictum:furtum: tignum para nona tenebit.
Liber erit:caupo: ſi furta domeſtica dicat.
Furtim ceſa: rapis bona: tunc incendo libellos.
Criminibus: violant: ⁊ concutiunt abigentes.
Dum preuaricor: :atqꝫ recepta balnea frangis.
Heres expilat:quos crimie ſtellio fallit.
Terminus:illicita collegia: dat popularis.

℃ Noni libri rubrice.

℃ De priuatis delictis. De furtis. De tigno iniuncto. Siquis teſtamēto liber eſſe iuſſus fuerit ⁊c. Furti aduerſus nautas:caupones ſtabularios. Si familia furtum feciſſe dica-

tur. Arborum furtim ceſarum. Ui bonorum raptorum. De incendio ruina naufragio. De iniurijs ⁊ famoſis libellis. De extraordinarijs criminibꝰ. De ſepulchro violato. De concuſſionibꝰ. De abigeis. De preuaricatoribꝰ. De receptatoribus. De furibus balnearijs. De effractoribus ⁊ expilatoribꝰ. De crimine expilate hereditatis. De crimine ſtellionatꝰ. De termino amoto. De collegijs illicitis ⁊ corporibꝰ. De popularibus actionibus.

x. ¶ Publica iudicia decima
ſunt per te notata.
Accuſans: cuſtos: eſt maieſtatis
amator.
Punit adulterium: vis publica:
priuataq; ſicca.
Pompis: de falſis lex iulia ſit re
petunda.
Carior annona fiet: ſi ſacra pe-
culor.
Ambitꝰ admittit: plagiaria: tur-
pilianum.
Sepe requiro reos: quos q̄ſtio:
penaq; mulctant.
Damnabo mortē deportatis da-
bo paſſos.
His punitorum coniungo cada-
uera tandem.

¶ Decimi libri rubrice.

¶ De publicijs iudicijs. De accuſationibus ⁊ inſcriptionibus. De cuſtodia ⁊ exhibitione reorum. Ad legeʒ iuliam maieſtatis. Ad legem iuliam de adulterijs ⁊ ſtupro. Ad legem iuliam de vi publica. Ad legem iuliam de vi priuata. Ad legem corneliaʒ de ſicarijs. Ad legem pompeiam de parricidijs. Ad legem corneliaʒ de falſis ⁊ ſenatuſconſulto libontano. Ad legē iuliam repetundarum. Ad legem iuliam de annona. Ad legem iuliaʒ peculatus. Ad legeʒ iuliam de ambitu. Ad legem fauiam de plagiarijs. Ad ſenatuſconſultum turpilliand: ⁊ abolitionibus criminum. De requirendis reis ⁊ abſentibꝰ dānādis. De q̄ōibꝰ. De penis. De bonis damnatorum. De bonis eorum qui ante ſententiaʒ mortem ſibi conſciuerint vel accuſatores corruperint. De interdictis relegatis ⁊ deportatis. De ſententiā paſſis ⁊ reſtitutis. De cadaueribus punitorum.

xj. ¶ Undecima appellat: quod
non licet: eſt quis ⁊ a quo.
Quando ſuſcipiam: dimittam
nilq; nouabo.
Reſcindit: cauſas: tutor: prouin-
tia: cogit.
Mors interueniat de fiſci iure
reuerſis.
Militat in caſtris querit bona
de veteranis.

¶ Undecimi libri rubrice.

¶ De appellatiōibus ⁊ relationibꝰ. A quibus appellare non licet. Quis ⁊ a quo appellatur. Quando appellādum ſit ⁊ infra que tempora. De appellationibus recipiendis vel non. De libellis dimiſſorijs q̄ apoſtoli dicuntur: niſi nona appellatione iterpoſita. Que ſententie ſine appellatione reſcindantur. An per alium cauſe appellationum reddi poſſint: ſi tutor vel curator vl' magiſtratus appellauerit. Eum qui appellauit in prouintia defendi. Apud euʒ a quo appellatur aliam cauſam agere compellenduʒ: ſi pēdente appellatione mors interuenerit. De iure fiſci. De captiuis ⁊ poſtliminio reuerſis. De re militari. De caſtrenſi peculio. De priuilegijs veteranorum.

xij. ¶ Municipales eſtq; decu-
rio parte ſuprema.
Albis muneribus: vaco: ius: im-

mune tenendo.

Legat' ciuis decernit: op' ppl'are.

Nondina pollicita: varias dat cognitiones.

Sunt proxenete cauti: de cenſibus aucti.

Significata ſubit verborum regula iuris.

ℭ Duodecimi libri rubrice.

ℭ Ad municipales ⁊ de incolis. De decurionib' ⁊ filiis eorū. De albo ſcribendo. De muneribus ⁊ honorib'. De vacatione ⁊ excuſatione munerum. De iure immunitatis. De legationibus. De adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium. De decretis ab ordine faciendis. De operib' publicis. De mundinis. De pollicitationibus. De variis ⁊ extraordinariis cognitionibus: ⁊ ſi iudex litem ſuam feciſſe dicitur. De proxenetis. De cenſibus. De verborum ⁊ rerum ſignificatione. De regulis iuris.

ℭ Finis rubricarum trium voluminum. ff. que ſunt numero ccccxxxvj.

ℭ Codicis Juſtiniāi rubrice ferme omnes nouē ſubiectis verſibus comprehenduntur.

ℭ Primi libri rubrice.

Pars prior officia: leges: ⁊ ſacra docebit.

Officia. De offi. prefe. p̄to. oriē. Offic. p̄fec. preto. affri. Offi. prefe. vrbis. Officio magiſtri militū. Offi. queſtoris. Offi. magiſtri officiorum. Offi. comitis. ſacrarum largi. Offi. comi. rerum priuatarū. Offi. co. ſacri. pal. Offi. procon. ⁊ lega. Offi. cōmi. ſa. patrimo. Offi. co. orien. Offi. prefec. auguſta. Offi. vicarij. Offic. preto. Offi. rec. proui. Offi. profec. vigi. Offi. ciuiliū iudicū. Offi. mili. iudi. Offi. diuerſo. iudi. Offi. eius q vi alicuius iudi. vel p̄ſi. obtinet. Offi. iudi. alexan.

Leges. De legibus ⁊ conſtitu. princi. Manda. prin. Senatuſconſul. Vete. iure enucle. Juris ⁊ facti igno. ⁊c̄. nouo cōdi. compo. Inſti. cōdi. confir. Emēda. iuſti. co. ⁊c̄.

Sacra. De ſumma tri. ⁊ fi. catholi. Sacroſan. eccle. Epi. ⁊ cle. Epiſcopali audi. Ne ſan. bap. ite. Dis iūgant̄ illi qui faciūt cōtra ſacra. vt eſt ti. De here. Apoſto. Nemi. lice. ſig. ſal. Jude. ⁊ celi. Ne chriſtianū mā. Paga. ⁊ ſacrifi. Dis qui ad eccle. ↄfu. Dis qui in eccle. manu. Statu. ⁊ ima. Dis qui ad ſta. confu. ℭ Si quos titulos ⁊ hic ⁊ in ſequētibus omiſerim': illos pro tuo arbitrio ſub quo voles verbo collocabis. Aut alia (ſi mauis) contexito carmina que tibi huic rei aptiora videantur. Neqꝫ nos qui tā breuitati: tū vtilitati ſtuduimus: dente canino laceres.

ℭ Secundi libri rubrice.

Tranſigo: reſtituo: gero: poſtulo parte ſecunda.

Tranſigo. De tranſacti. Pactis. Et qꝫ talia fide quandoqꝫ mediantibus arbitris. ideo de recep. arbi. in ſi. libri ponitur. Et de iureiuran. propter calum. dando.

Reſtituo. De in integri. reſtit. Filioſa. mino. Fide iu. imi. Si tutor vel cura. iter. Si i cōmuni eadēqꝫ cā in itegrū reſti. poſtu. Si aduerſus cē iudica. Si aduer. vēditi. Si aduer. bona. Si aduer. liberta. Si aduer. trāſa. Si aduer. ſolutio. Si aduer. doté. Si aduer. dlic. Si aduer. vſuca. Si aduer. fiſcū. Si aduer. cred. Si mior ab here. ſe abſti. Si vt oi. herēdi. Jn qb' cauſis reſti. Qui ⁊ aduerſus qs. Si minor ſe maiorē dixe. Si ſe p' in itegrū reſti. Di q ve. eta. ipetra. Si maior fac. Ubi ⁊ apd quē cog. reſti. agē. ſit. Reputatio. q̄ ſi. Etiā p procura. cām reſtit. Jn itegrū reſti. poſtu. Reſti. mili. Uxo. mili. Tēpo. in integ. reſtitu. Quibus ex cauſis maio.

Hero. De nego. geſt. pcur. Dis q̄ vi metuſve cauſa. geſ. ſūt. Dolo malo. Edendo. In ius vo.

Poſtulo. Ideſt aduoco. De poſtulando. Aduo. diuer. iudicio. Aduo. diuer. iudi. Aduo. fiſci. Error aduoca. Ut que deſunt aduo. Et qui poſtulare non pſſit q̄ inſames ſunt id. Ex qui. cau. irro. inſa.

Tertij libri rubrice.

Tertius ius dicens queritur. ſeruit. petit. occat. (i. conqueritur. i. diuidit.)

Jus dicēs. De iudicijs. Sportu. z ſump. i diuer. iudi. fac. Peda. iu. Qui pro ſua iuriſ. da. Ne quis in ſua cauſa iudi. Qui legi. perſo. ſtan. i iudi. ha. Ut nemo inui. agere. Ordine iudici. Litis cōteſta. pl's peti. Dilatio. Ferijs. Juriſdi. om. iudi. Qm̄ imperator inter pupil. Ubi de cri. agi opor. Ubi de poſ. agi opor. Ubi fideicōmiſſa. pe. opor. Ubi cōue. qui certū locū. Ubi in rez actio. Ubi de heredita. agi. Ubi de ratioci. Ubi cū ſtatus agi debeat. Ubi quis de curia. Ubi ſena. vel clari. In qb' cauſis mili. fori. pſcrip. vti non poſ. Ubi cāc fiſc. Qn̄ li. vniculāq ſine iudice ſe vi.

Queriẗ. De inoffi. teſtamento. In offic. donationib'. In offi. doti.

Seruit. De ſeruitutibus z aqua vſufructu z habitatione z miniſterio ſeruorum.

Petit. De petitione heredi. Rei vēdic. p quā petūtur res ſingulares. Lege aqlia per quaz petiẗ dānū datū. Conſortibus eiuſdez litis vbi petit vn' pro alio. Noxali. actio. vbi petitur damnū per ſeruos datuz. Ad exhibendum. que eſt preparatoria ad rei vendicationē. Religioſis z ſumpti. ſune. vbi locus religioſus p rei vēditionē peti nō pōt. l. ſi ſepulchrū zc̄.

Occat. Familie herciſcun. i. hereditatis diuidēde. Cō. i. cōdi. vtri. iudic. Finium regundo.

Quarti libri rubrice.

Actio contractus teſtes quarta referantur.

Actio. De actionibus. z obli. Ut actio. z ab here. z contra here. inci. ne vxo. p mari. ne filius p patre. An ſeru' ex ſuo fac. Qn̄ fiſcus vel pua. heredi. actio. Ex delictis deſun. Conſti. pecu. Reb' credi. z iureiuran. Si cer. peta. ſuffra. probi. ſeque. pecu. Cōdi. inde. Cōdi. ob cām. Condit. ob turpē cām. Cōdi. furti. Cōdi. ex lege. Pigno. actio. Inſti. z exerci. Qd cū eo qui in alie. pote. Per quas pſo. no. acq. Ad ſena. macedo. Ad ſena. cōſul. velle. Nō in. pe. Compenſa. Here. vel actio. ven. Actio emp. z vē. Edili. actio.

Cōtractus. De commodato. Uſuris nauti feno. Depoſiti. Mandati. Si ſer. extero ſe emi. manda. p ſocio. Cōtra hē. ēp. z ven. Que res ven. non poſ. Que res expor. non deb. Eunuchus. Patribus q̄ fili. diſtra. Reſcin. vēditio. Qn̄ li. ab em. diſce. Si pter pub. penſita. Sine cenſu vel reliq. Perſ. z commo. rei vēdite. Si quis alteri vel ſi. Reb' alie. nō alie. Comu. re. alie. Rem alieā gerē. Pactis inter empto. z vendi. Si ſer. expor. pene. Si mā. ita veneat ne pſti. Si ita mā. fuc. alie. vt mā. mano dolijs. nūdi z marca. Uectiga. z cōmoua vectigal. inſti. non poſſe. Commerc. z merce. Reruz permu. Locato Jure emphitheotico.

Teſtes. De tribus z alijs ſpeciebus pbationū. videlz. De probatio. Fide inſtrumento. Cui adheret ti. Plus valere qd agiẗ.

Quinti libri rubrice.

Quinta dabit nuptas tutelariūq; figuras.

Nuptas. De ſponſalibus. Si rector puin. vel ad eum pertinētes ſpōſalitias dederint arras.

Dona.ante.nup. Nuptijs. Inceſtis ꝛ
inuti.nup. Interdi.matri. interpu. ꝛ
tuto. Si q̄cūq; ꝓdi. poteſta. Si nupt.
ex reſcrip.de. Secū.nup. Si ſc̄do nu-
pſe.mulier. Dotis ꝓmiſſio Jure do-
tiū. Rei vxo.actio. Pactis cōuen.tam
ſup dote ꝙ ſuper dona.an̄ nup. Dote
cauta nō nume. Dona.inter vi.ꝛ vxo.
Repu. Solut.matri.quemadmo.dos
peta. Si dos cōſtan.ma.ſo.fue. Ne fi
deiuſ.vel māda.do.dent. Rerū amo.
Ne ꝓ dote mulier.bona quōdaꝫ ma.
abdicent. Fūdo dota. Diuoꝛ.fac.apd
quē liberi moꝛari.vel edu.debe. Alē.
libe. Concubinis.nati liberis.

Tutelarū. De teſta.tut. Cōfir-
man. tuto. Leg.te.
Qui peta. Et breuiter ꝓſequere ſer-
me vſq; ad finē huiuſce.libꝛi. Et vltra
xl.titulos huic vbo accōmodatos in-
uenies:q̄bus ꝓuidet minoꝛib⁹ circa
tutoꝛes ꝛ curatoꝛes. Deinde ſubiun-
gunt alij q̄bus ꝓuidet ipſis minoꝛib⁹
circa cōſeruationē rerū ſuarū. Et ſūt
hi.de predijs ꝛ alijs re.mino.ſine de-
creto.non alie. Qnādo decreto opus
nō eſt. Si q̄s ignoꝛans rē minoꝛis. Si
maioꝛ factus alie. fact.ſine decreto.
ratihabit. Et finalr̄ d̄ magſali ꝯueni.

¶ Sexti libꝛi rubꝛice.

Sexta libertos ꝛ teſtamenta no
tabo.

Libertos. De ſeruis fugi.ꝛ li-
bertinis. Furtis ꝛ
ſer.coꝛrup. Ope.liberto. Bonis liber.
Si in fraudeꝫ patro.a.liber.alie.fal.
ſit. Obſeq.patro.ꝑſtā. Libertis ꝛ eo.
liber. Jure aure.annulo.

Teſtamēta. De teſta.militis.
Qui teſta.face.
poſ. Teſt.her.iſti. Inſti.ꝛ ſubſti.ꝛ re
ſti.ſub cōditio.fac. Impu.ꝛ alijs ſub-
ſtitu. Neceſſa.ſer.here.ſti. Libe.pre.
poſtu.here.inſtituen. Jure deliberā.
Repudiā.ꝛ abſti.here. Queādmodū
teſta.aperiā. Edic.di.adri. Si q̄s ali-
quē teſtamē.ꝓhibue. His q̄bus vt in-
dignis.here.aufe. Codicillis. Lega-
tis. Et quia in teſtamētis q̄nq; verba
ponunt obſcura.ideo eſt ibi titu.de
verbo ꝛ re.ſigni. Si omiſ.ſit cauſa te-
ſtamen. Junge hic materiā bonoꝛum
poſſeſ. Aliosq; huius libꝛi titulos ꝓ
arbitrio accipias.

¶ Septimi libꝛi rubꝛice.

l.ſeptima.
Hepta manumittit ꝑſcribit ꝓ-
l.appellat.
cat aufert.

Manumittit. Manumitte-
re eſt ſeruis li
bertatē dare. De vindicta liber.ꝛ apd
cōſiliū manumiſſione. Teſtamen.ma-
numiſ. Le.fu.ca.tol. Fideicō.liberta.
Dedit.liber.tol. Lati.lib.tollen. Cōi
ſeruo manumiſ. Ser.pig.da.ma. Ser.
reip.manu. His qui a non dn̄o manu.
Qui manu.nō poſ. Qui nō poſ.ad li-
ber.pue. Quibus ex cau.ſer.ꝓ pre.li-
berta.acci. Inge.manumiſ. Cōmunia
de manumiſſo. Liberali cauſa. Aſſer.
tol. Quibus ad liber.procla.nō li. Ne
de ſta.defun.poſt quin.quera.

Preſcribit. Et ꝑ hoc cōprehē
dit etiā vſucapio.
De lōg.tēpo.ꝑſcri. Pecu.ei⁹ q̄ liber.
me. Senatuſc.claudia. Nudo iure q̄ri.
Vſu capione ꝓ ēpto. Vſucap.ꝓ don.
Vſucap.pro dote. Vſucap.pro here.
Cōmunia de vſucapio. Vſuca.tranſ-
foꝛ. Preſcrip.long.tempo. In q̄b⁹ cau
ſis ceſ.long.tempo.preſcrip. Quibus
nō obijcit longo.tempo ꝑſcrip. Si ad
uerſus credito. Quadrien.ꝑſcrip. Ne
rei do.vel tēplo.vendi.tempo.ꝑſcrip.
ſub mo. Preſcri.xxx.vel.xl.an. Anna.
excep. Alluuio.ꝛ paludi.

Prouocat. De appellatio.
Tempo.ꝛ repa-
ra.appella. Quādo ꝓuo.nō eſt neceſ-
ſe. Quo appel.nō recipi. Si pendēt.
appel.moꝛs interue. His qui per me-
tudi.nō appel. Si vnus ex plu.appel.
Vi.de mo.poſ.ſuc.appel. Ne liceat in
vna eademq; cauſa tertio prouocare.
Et q̄ appellationes emittūtur a ſen-

tentijs ideo ꝓſupponēdi ſunt tituli de ipſis ſentētijs loquētes. Et ſūt hi. De ſenten.ꝑfec.preto. Quomodo ⁊ qñ index ſentē.profer.dȝ. Sentē.ex peri.recitan. Sentē. ⁊ interlo.oīum iudi. Sēten.que ſine cer.quāti.prolata eſt. Sēten.que pro eo qđ intereſt profe. Si a non compe.iudi.iudicatuȝ eſſe di. Pena iudi.qui male iudi. Sentētiam reſcindi nō poſſe. Fructi. ⁊ litis expēſis. Re iudi. Execu.rei iudi. Uſuris rei iudi. Si plures vna ſentē.iudi.fue. Quibus res iudi.non nocet. Cōia.epiſto. Si ex fal.inſtru.vel teſtimo.iud.fit.

Aufert. Aufert ⁊ īpedit queſtio ſtatꝰ mota accuſationeȝ inchoari ēt inchoatam terminari.l.ſi ſtatus.de ordine cognitī.

Aufert vigorem priuileg.vel reſcripti ipſum reddit nullūȝ qui mētit̄ in ſubſtantiali cā vel principali motiuo.l.j. de collu.detegen.

Aufert ius vſucapiendi īproba poſſeſſio.l.īproba.ꝯ a.q. ⁊ reſtituēda poſſeſſione. Iſte ēñ titulus de acqui. ⁊ reti. poſſeſſione qui eſt ſingularis pōt aptiꝰ intelligi per verbū preſcribit.qđ comprehendit ēt vſucapionem . quam aufert defectus tituli. vbi enim deficit titul.non proceditt vſucapio.l.nec ex vera.de acquiren. ⁊ retinen.poſ.

Aufert ſibi locū penitentie nec penitere pōt qui confitetur qa confeſſus pro iudicato hr̄.l.vnica.de confeſſis.

Auferre nō pōt frater fratri ius ſuuȝ paciſcendo cū debitoribus hereditarijs.l.ſi res inter alios acta.

Aufert ſibi facultatem pronuntiandi qui negocium ad ſuperiorem refert.l. j.de relatio. ⁊ quaſi per totum.

Aufert creditoribus ſuis facultatem conueniēdi qui bonorum ceſſionem facit in ti.qui bonis cedere poſſunt.

Aufert actor reo cōtumaci poſſeſſionem pro modo debiti declarati id eſt cōtra cōtumacē fit miſſio in poſſeſſionem ſolum pro mēſura debiti declarati.vt pȝ in auē. ⁊ q iurat.de bonoꝝ aucto.iudi.poſſi.q titulus eſt notabilis.

Aufert ꝑuilegiū fiſci pecuniā aliꝯ creditori ſolutā.vt pȝ i.l.pecunia.de ꝑui. fiſci.cui adiūgitur titu.de ꝑuil.dotis.

Aufert creditor ⁊ reuocat hec que per fraudem alienata ſunt.vt patet in titulo finali ſcilicet de reuocan.his que in fraudem creditorum alienata ſunt.

¶ Octaui libri rubrice.

Pignorat octaua.iterdicit. dat. ſtipulatur.

Pignorat. De pig. ⁊ hypothe. In q. cau.ius pigta.ẜ. Si res alie.pig.da.ſit Que res pig.obl.poſ. Qui potio.in pigno.ha. his qui in pri.credito.lo.ſuc. Si antheretic.pigno.vendi. Si res cū pigno.da. ſit. Preto.pig. Si in cāu.iudi.pignus cap.ſit. Si pigno.pi.dat.ſit. Partu.pigno. ⁊ oī cauſa. Remi.pignora. Et iaȝ ob cyrographa.pecu.pig.tene. Diſtractio.pigno. Debito.vēdi.pig.impe.nō poſ. Si ven.pig.aga. Lucio pigno. Si vnus ex plu.here. Si pigno.cōuen. Iure do.impetran. Pac.pigno. Credito. euict.pigno.non ha. Et hmōi rubrice cōcernunt ius qđ quis habȝ in rebus: Addamus per quandā ſimilitudinē rubricas cōcernētes ius qđ in pſonis habemus vt ſūt. De patria po. Adoptio. Eman. libe. Ingra.libe.poſtli.reuer. Infan.expoſi. Inſir.pe.celiba. Iure liberorum.

Interdicit. De iterdictis. Quorū bonoꝝ. Quoruȝ legato. Unde vi. Si p vim vel alio mō abſen.perturba.ſit poſ. Uti poſ. Tab. exh. Libe.exhi. Preca. ⁊ ſal. interdic. Ediſi.priua. No.ope.nūcia. Ope.pub. Ratioci.ope.publi.

Dat. Pro don. De don. Do.q̄ ſub mō reuocari.dona.dona.cauſa mortis.

Stipulatur. De contrahen. ⁊ cōmit.ſtip. Duo. reis ſtipulā. ⁊ pmittē. Fideiuſ. Noua. ⁊ dele. Sol. ⁊ liber. Acceptila. Euictio

¶ Si quid omiſſuȝ ſit:tu illud(cōformitate perſpecta)pro arbitrio ad ali-

q̄s ſupradictoꝝ redacere poteris.

¶ Noni libri rubrice.

Ultima multiplici pars crimi- na lege flagellat.
i. punit.

Nonus liber. Codicis re vera crimina. varia punit icipiens per rubricā. De his qui accuſa. nō poſſunt. Accuſa. ⁊ inſcriptio exhiben. ⁊ intro. reis. Cuſto. reorum. Iſtos ⁊ reliquos ſequentes titulos per ordinē carmini ſuperiori aptiſſimos indicabis niſi diſtorto traharis iudicio.

¶ Et ſi nouem illa ſuperius explicata tibi forſitan plixiora videnẽ materiaꝫ ipſam totius Codicis quatuor ſuppoſiti verſiculi enodare poterūt. quos veterem caſtigantes impreſſioneꝫ ſic imprimendos curauimus.

¶ Materia nouem librorū Codicis.

Sacrat prima. Secunda parat. Jus tertia dicit.
Cōtrahit ⁊ quarta. Nubere grata docet.
Teſtatur ſexta. Libertos ſeptima ponit.
Pignorat octaua. Crimina nona premit.

¶ Alphabetum grecum grece ⁊ latine expoſitum.

a	b	g	d
Alpha	Uita	Gama	Delta
α	β	γ	δ
e	z	i	th
Epſilon	zita	Jta	Thita
ε	ζ	η	θ
i	chk	l	m
Jota	Cappa	Lauda	mi
ι	κ	λ	μ
n	x	o	p
Ni	Xi	Omicron	Pi
ν	ξ	ο	π
r	ſ	t	y
ro	Sigma	taf	ypſilon
ρ	σ	τ	υ
ph	ch	pſ	O
Phi	Chi	Pſi	omega
φ	χ	ψ	ω

¶ Diphthongi greci.

e	af	i	ef	i	u
αι	αυ	ει	ευ	οι	ου



In nomine domini noſtri Jeſu chriſti [a] Imperator ceſar [b] flauius [c]

Diuiſio

In nomine domini.
Iſta rubrica diuidit in quatuor partes. Prio ponitur inuocatio diuini nois per quã deus veneraẽ. ibi (In nomie dñi.) Secũdo ponitur deſcriptio imperialis culminis proprij ꝛ appellatiui tãq̃ cauſa efficiẽs. ibi (Imperator ceſar.) Tertio poniẽ cui preſens liber dirigitur. ibi (Cupide legũ iuuẽtuti.) Quarto poniẽ quedam rubrica pticularis ad nigrũ prime ſequẽs. ibi: icipit phemiũ. Ang. Are.
Non ↄtinuatur iſta rubrica: qꝛ continuatio dꝫ fieri ad primã. l. ij. ff. de ſta. ho. Unde cũ ſit principiũ nihil ante ſe habere põt ad qḋ cõtinuetur. §. diſcipuli xvij. in reliqua. in phemio digeſtoꝝ. ꝛ l. primus. ff. de verbo. ſigni. Chriſto. porcus.

Nois diuini inuocatio tria bõa facit.

a Jeſu chri. Ex h̄ nota ꝙ chriſtianus fuit: al's non poſſet imperare. ſ. imperiũ iuriſdictionẽ exercere: vt in auct. iuſiu. qḋ p̄ſtaẽ. in p̄n. ibi. Et cõl catori eccleſie. col. ij. vbi dĩ ꝙ qlibet adminiſtrator dꝫ iurare ſe eſſe cõlcatorem ſancte catholice eccl'ie. ſic ꝛ al's incipit: vt. C. de offi. pre. pre. af. l. in nomine dñi. ꝛ in auc. de armis in p̄n. col. vj. Ex hoc eniꝫ ſequiẽ bonum initium: melius mediũ: ꝛ optimus finis: vt in aucte. quomõ oportet epiſco. in princi. col. j.

Ceſar vñ dĩ. Luc. ij.

b Ceſar. A ceſare auguſto q regnabat tpe natiuitatis chri. Un̄ illud. Exijt edictũ a ceſare auguſto vt deſcribereẽ vniuerſus orbis. i. vt qlibet eſtimaret bona ſua: ꝛ exide qlibet imperator dictus eſt ceſar.
Additio. Uel meli⁹ a iulio ceſare eius auunculo ſm Bal. Jo. fa. ꝛ Chriſto. hic. Uel diciẽ ceſar: qꝛ fuit ceſus de ventre matris ſue.
Additio. Et no. ꝙ dꝫ coronari triplici corona. ſ. ferrea: argentea: ꝛ aurea: de qua in cle. j. de iureiu. Et an geſta per ipm ante coronationeꝫ teneant cõmuniter determinatur ꝙ ſic: vt per Ang. ꝛ do. Chriſto. hic.
c Flauius. Quia erat de familia flauiorum: vel quia deuicit flauios: vt dixi. ff. e. in principio.
Additio. Alij h̄ñt flau⁹: qꝛ talis

erat coloris: naz erat flauus. i. ruf-
fus: ſicut fuit dauid rex: vt legitur
Reg. xvij. c. vlt. et Jo. fab. vt hoc ipſe di-
cit. et ego qui hoc ſcripſi.
a ¶ Juſtinianus. Quia fuit filius
iuſtini. vt. j.
de donat. §.
eſt et aliud.
et. j. qbus nõ
eſt p. fa. te.
§. pe. Sz in
decre. ptra.
diſ. xvj. ha-
beo librum.
vbi dicit q
fuit fili9 cõ-
ſtantini. Sz
forte ibi lo-
quit de alio
iuſtiniano q3 hic. Uel dic q fuit fi-
lius cõſtantini: qz ſucceſſit ei in re-
gno. Uel dicit a iuſtitia quam ſem-
per coluit et ſubditis iniunxit colē-
dam: vt. C. de ſumma trinita. et fide
catholi. l. j.
b ¶ Alemanicus. hoc nomē: et oia
ſequētia nomina ſunt ab euētu ſibi
impoſita: vtputa qz vicit alemanos:
et ſic de aliis: vt in auc. de her. et fal.
in prin. col. j. et hec ſunt omnia noia
prouintiarum quas deuicit.
c ¶ Pius a pio antonio. vt in auc.
vt lib. de cetero. col. vj. §. ſiqs aūt.
al's eſt. §. ſancimus aūt. Uel pius a
pietate animi. vt. C. de ſum. trini. et
fi. catho. l. j. in pncip. et. C. de nup.
l. imperialis. et. C. de cad. tol. l. vni-
ca. vlti. reſpon.
d ¶ Felix a virtute animi. vel fe-
lix. i. pſper. qz omnia ſibi ad votum
ſuccedebant.
e ¶ Inclitus. A geſtis magnifi-
cis. Accurſius.
f ¶ Uictor. in fugando hoſtes.
Accurſius.
g ¶ Triumphator. poſt victoriam
glorioſus eniz erat: propter magni-

† Nec gligent i piales ex hoc arguer q rgnū Fratie cēt ſbz Iſpio: qr h logr de qdā Fratia q eſt in Alemania d q extra d ſpõſal. c. j. Jo. fab.

iuſtinianus [a] alemanic9: [b] goticus frācus germanic9 attic9: alanic9: vādalicus: africanus pius [c] felix: [d] inclitus: [e] victor [f] ac triūphator [g] ſemper auguſt9. [h] Cupide [i] legū iuuētuti.

¶ Incipit [k] prohemiū inſtitutionū.

¶ Pro ſuſtētatione et gubernatione reipublice duo ſūt neceſſaria. vz. leges et arma. h dic vſq; ad. §. Quorum.

fica geſta ſua.
h ¶ Semper auguſtus. Quia hu9
debet eſſe ppoſiti quilibet impera-
tor vt augeat: lz hoc ſemper nõ fa-
ciat † ſic in diffinitione matrimo-
nij: vt. j. de pa. po. i pn. lz interdum
diuidat: vt. C. de repu. l. pſenſu. ſic
in diffinitione iuſtitie: vt. j. de iuſt.
et iur. in pn. ſm Joā.
¶ Additio. Auguſtus hoc eſt ſa-
cer et maieſtatis plen9 et non augu-
ſtus ab augendo: vt hic voluit glo.
cuius et ſuorum ſequacium errorem
dicit eſſe ridiculuz Nicolaus pero-
tus in ſuis cõmentariis. epigrāma-
te. iij. in verbo ceſar.
i ¶ Cupide leguz iuue. ſ. mittit ſuā
gratiam: et hunc lib.
k ¶ Incipit. More recte ſcriben-
tium premittit prohemium: in quo
reddit lectorem attentum: docilem:
et beniuolum. Attentum: cum dicit
ſummis vigiliis: nam per hoc q ipſe
vigilauit reddit nos attentos vt vi-
gilare debeamus: naz ius ciuile vi-
gilantibus ſcriptum eſt: vt. ff. que in
frau. cred. l. pupillus. in fi. et ibi: ſū-
ma prouidentia: vt. j. proe. §. doci-
lem. cum dicit: et cum ſacratiſſimas
conſtitutiones antea cõfu. etc. vt. j.
e. §. omnes. docilem enim facit qui
ſummaz rei breuiter comprehendit:
nam per hoc q ipſe abbreuiauit: po-
terūt ammodo facilius edoceri. Be-
niuolum. i. bone voluntatis ad ad-
diſcendū: vbi dicit: et qd in priori tē-
pore. et ibi ſūma itaq; ope. vt. j. eo.
§. cūqz. in fi. et §. ſumma itaqz etc.

† Sicut ti fuit d donatione fcā p Cōſtātinū pape Sylueſtro: et vz nō valz: lz Jnno. tz glo. i. l. ij. §. cuz vrbē d offic. p. vr. illa ē color

Diuiſio

Imperatoriã. ¶ Diuidit in tres ptes pncipales totũ h̃ phemiũ vſqȝ ad finé:lȝ Jo.plac.diuidat in qnqȝ. Nã pmo ponit in ·qb⁹ ↄ ſiſtiſari ipe rator. Secũdo ponit qualr̃ iuſtinianus illꝺ adipleuit.

Imperatoriã maieſtatẽ ᵃ

Tertio nos ad ſtudiũ exhortat̃:oñdédo fruct⁹ q ſequunt̃ ex aſſiduo ſtudio. Scꝺa ibi i.§.(Quoꝝ.) Tertia ibi (Sũma itaqȝ.) Iterũ prima diuiditur in duas partes:qꝛ primo ponit dictum. Secundo ponit tres cauſas. Secunda ibi (Ut vtrũqȝ.)

¶ Imperatoriã. Caſus. ¶ Cõtingit aũt q̃dã die q veniſt añ pñtiã iuſtiniani gdaȝ laicus:q tracto pileo ꝛ flexis genib⁹ in pñtia dñi iuſtiniani talia ꝟba dixit. Dñe nõ habeatis ꝑ malo id qꝺ vobis dicã. Imperator ridens dixit. Dicas mihi gd tibi placebit nõ moleſte feraȝ. Dicit illi laicus. Dñe impator valde miror ex eo qꝺ facitis:ꝛ oẽs ẽt mirãtur:vos eſtis miles ꝛ glibȝ impator eſt miles:vt.ff.de teſta.mili.l.j.vbi imperator alios milites appellat cõmilitones. Erꝗ ergo eſtis miles armis debetis itẽdere ꝛ nõ legib⁹:ꝛ tñ ↄ rĩũ facitis:qꝛ legib⁹ tm̃ intẽditis. Feciſtis eni fieri vnũ codicẽ ex antiqs tribus codicibus.ſ.hermo. theo. ꝛ Grego. ꝛ ex aliȷ̃s extranagãtib⁹ cõſtitutionib⁹. Itẽ feciſtis cõpilari librũ digeſtoꝝ ſeu pãdectarũ ex antiqs voluminib⁹ ſepatis. Itẽ precepiſtis trib⁹ viris peritis.ſ.Tribuniano:Theodoſiano:ꝛ Dorotheo: vt libꝛũ iſtitutionũ componerẽt. Dicite ergo mihi q̃re hoc facitis:ꝛ q̃re intẽditis legib⁹ tm̃ ꝛ nõ armis:cũ ſitis miles ꝛ ſic armis debetis intendere:vt.C.de iure delliber.l.ſi.circa pn. Ad h̃ rñdet benigne impator aſſignãs duo tẽpora.ſ.tp̄s belli:ꝛ tp̄s pacis. Et dic̃. Fili mi ſic tibi rñdeo. Decẽs eſt vt glibet impator ſit munit⁹ his duobus tp̄ibus ſ.armis ꝛ legib⁹:ꝛ hoc iõ qꝛ ſi his duob⁹ tẽporib⁹ eſt munitus imperator, vtrũqȝ tp̄s poterit recte gubernare:ꝛ tp̄s belli ꝛ tẽpus pacis. Nã tp̄s belli gubernabit per arma ꝛ vſuȝ armoꝝ:ꝛ ſic efficiet̃ victor ꝛ triũphator. Tp̄s aũt pacis gubernabit ꝑ legẽ ꝛ vſuȝ legis ꝛ ſic puniet maleficia delinquẽtiũ:ꝛ ꝑ h̃ ſiet religioſiſſim⁹ ꝛ ſanctiſſimus maleficia puniẽdo:qꝛ valde religioſum eſt ꝛ ſanctum punire maleficia ſiue malefactores. Et h̃ in prima parte vſqȝ ibi (Quorum.)

non ſolum armis decoratã ᵇ ſed etiam legibus opor-

a ¶ Maieſtatẽ.i.impatorẽ q eſt in maieſtate:vt.C.de leg.ꝛ ↄſti.l.dig.

¶ Additio. Idẽ in aliȷ̃s ducib⁹ ꝛ baronib⁹:vt ſubiecti in eos ↄſpirãtes teneant̃ maieſtatis crimine ſm Jo.fa.h̃. Silis eſt loquẽdi ornatus j.qbus mo.ius pa.po.ſol.§.filius:ibi. Impatoriã celſitudinẽ. Et nota q antipophoriȝat rñdẽdo ad tacitã queſtionẽ:hãc.ſ.quare impator nõ facit qꝺ ſuum eſt.ſ.armis intẽderet cũ milites magis arma ſcire q̃ iura opoꝛteat:vt.C.de iu.delib.l.ſcimus. ad qꝺ reſpondet. Impatoriam maieſtatem ꝛc̃.

b ¶ Armis decoratã. Querit̃ quare qꝺ erat armorum attribuit legibus:ꝛ ecõtra: Reſpõdet̃ vt oſtenderet alterum alterius auxilio ſemper egere.vt.C.de iuſti.co.cõfir.in pn.ꝛ ff.de rei ven.qui reſtituere. Uel dic ꝓprie ponit:naȝ arma ſunt ad decorem:leges ſunt ad armãdũ. vnde d̃

inſiſtant nãq3 ꝛc̃. vt. C. de adno. di-
uer. iudi. l. aduocati. Et leges dicũt
armare hoĩes: vt. C. ad. l. iul. de adul.
l. cum vir nubit. Uel ideo poſuit vt
euitetur malus ſonus verboꝝ. ſ. ca-
cephaton. i.
turpis ſon⁹.

ret[a] eſſe arma-
tã[b]. Ut vtrũ-
q3 tempus ꝛ bel-
loꝛum[c] ꝛ pacis[d]
recte poſſit guber
nari[e] ꝛ pꝛiceps[f]
roman⁹ victoꝛ exi
ſtat: nõ ſolũ i hoſti
lib⁹[g] ſꝫ ẽt p
legitimos trami-
tes[h] calũniãtium[i]
iniqtates expellat
ꝛ fiat taꝫ iuris reli
gioſiſſimus[k] q̃3 vt
cũctis hoſtib⁹ triũ
phatoꝛ magnific⁹.

a ❡ Opꝫ. i. opoꝛtunũ ẽ.
b ❡ Arma- tã. ſ. ad hãc vtilitatem q̃ ſequit̃. Ac- curſius.
c ❡ Et bel- loꝛuꝫ. Et ſic quo ad vſuꝫ armoꝛum.
d ❡ Et pacis. Sic ad vſum legũ. Accurſius.
e ❡ Gubernari. Alterũ legibus. ſ. tempus pacis: alteruꝫ armis. ſcilicet tempus belli.
❡ Additio. Quo tẽpoꝛe non dꝫ ri- goꝛ ſeruari oĩno: vt extra de trãſac. ca. fi. ꝛ. xxj. diſ. ca. ſciens. in fi. Et qḋ dicit glo. intelligitur. ſ. de facto ſḿ Jo. fa. vel vtplurimũ ſḿ Ange. hic per. l. nam ad ea. ff. de legi. alís alter alterius auxilio ſemp indiget.
f ❡ Et pꝛinceps. ſ. imperatoꝛ.
g ❡ In hoſtib⁹. Qui ſunt hoſtes di- citur. ff. de capti. ꝛ poſtli. re. hoſtes: ꝛ. ff. de verbo. ſigni. l. hoſtes.
Calũ- niatoꝝ puñitio. h ❡ Per legitimos tramites. i. le- ges que ſunt via gradiendi: ſicut tra mites eũdi: ſḿ Joã. Bene dico ca- lũniantes puniri per leges: nã in cri minibus ſiue oꝛdinarijs: ſiue extra- oꝛdinarijs ad ſĩılitudinẽ ſupplicij pu nit̃ calũniatoꝛ. vt. C. de ac. l. fi. ꝛ. ff. ad tur. l. ꝛ in p̃uatis. vbi dĩ ꝛ in pri- uatis in extraoꝛdinarijs criminib⁹ oẽs calũnioſi pꝛo q̃litate admiſſi ple ctunt̃. Itẽ in ciuilibus: mõ pecunia- ria pena: mõ ſacramẽto calũnie: mõ nota infamie: vt. j. de pe. te. liti. per

totum: vt. j. de actiõ. §. ſi qs agẽs: ꝛ. C. de plus peti. l. vnica. ꝛ de iudi. Magi properãdũ. §. ꝛ ſi qdẽ: vbi punit̃ cõ- ſtrat⁹ ſit tumax in expẽſis. Uel dic q̃ ſeptem trami- gũa penarũ vocat legitimos tramites legi tes: vt. ff. de timi. petiti. l. vj. in fin. ꝛ. l. vij. ꝛ. viij. Uel dic q̃ magiſtra- t⁹ vocat tra- mites p q̃s iura reddũ- tur: nam pa- rũ valerent a. l. vt iura ẽe i ciui- tate niſi eẽnt qui ea executioni mãdarẽt: vt. ff. de oꝛi. iur. l. ij. §. poſt oꝛiginẽ: qui pu- niũt in criminalibus puniũt ꝛ in ci- uilibus: ꝛ expẽſis: ꝛ in viatico. vt. ff. de iudi. eum quem. que vltima ve- rioꝛ eſt. Accurſius.
❡ Additio. Uerius videt̃ per tra- mites. i. ſemitas q: ſicut occurrit̃ p ſemitas fugiẽtibus: ſic per leges ca lũniantibus: ꝛ facit extra in pꝛohe- mio decre. Jo. fab.
i ❡ Calũniantiũ. Calũniatoꝛ eſt q falſa crimina ſcienter intẽdit: vt. ff. ad turpil. l. j. in pꝛin. ꝛ facit ad hoc ff. de his qui no. infa. l. athletas. §. calumniatoꝛ. Calũ- niatoꝛ.
❡ Additio. Qui in oꝛdinarijs cri minibus punit̃ ſĩıtudie ſupplicij in extraoꝛdiarijs motu iudicis: vt no. in. l. fi. C. de trãſac. Ange. Quid aũt ſi pꝛeuaricatoꝛ ꝛ tergiuerſatoꝛ dicit̃ in pꝛedictis legibus.
❡ Additio. Tñ hic calũniãtiũ ca- pit̃ gñalr̃ p oĩb⁹ delinquẽtibus.
k ❡ Religioſiſſimus. Nota quẽ ſic ri religioſum p leges: nã ipſe ſunt la- cre: vt. C. de legi. ꝛ cõſti. l. leges.
❡ Additio. Religio eniꝫ dĩ a relli- go religas. vñ cũ leges voluntates hoĩuꝫ religẽt ꝛ coartẽt ad iuſte vi-

uendū faciunt hoīem religioſum:⁊ eſt ſi.ff.de legat.ij.l.vnū ex fa.§.ſi. Jo.fa. Jtē nota hic quatuor ꝓpor-tionabilia.ſ.arma:vſus armoꝝ:vi-ctoria:triūphus. Jtē leges:vſus le-gū: calūnie repulſio:iu-ris religio.

¶ Circa arma ⁊ le-ges dicit impera-tor ſe vigilaſſe.hoc dicit Angelus.

¶ [illegible]. Nā ſic ſe ha-bent arma ⁊ vſus armorū ad victoriā: ſic victoria ad triūphum:⁊ ſicut leges ⁊ vſus le-

p casu gum ad calūnie expulſionē: calūnie expulſio ad religionem. Jo.fa.

¶ Quorum. ¶ Diuidit in duas p-tes. Primo dic͠ q̄ īperator pfecte ſe habuit circa arma:⁊ circa leges. Se-cundo h̄ ſuū dcm̄ ꝓbat ad effectum. Scd͞a ibi (Et bellicos.) Jtē ſecunda ſubdiuidit. Nā p̄mo exēplificat qua-liē ſe hūit circa arma. Scd͞o circa iura. Scd͞a ibi (Dēſho ppli.) An.

¶ Quorum. Caſus. ¶ Adhuc ſta-bat laicus ante principē:⁊ iterū q̄ſi-uit. Dn͞e impator dicite mihi ſi glibȝ impator debeat eē munitus his duo-bus tēporibus.ſ.armis ⁊ legibus:⁊ vos dn͞e iuſtiniane qualr̄ eſtis mu-nitus his duobus tēporibus. R̄ndet mixtim certe ſum vtroq̄ tp͞e muni-tus.ſ.armis ⁊ legibus. Nā circa ar-ma pbe me habui ⁊ circa leges diu-tius vigilaui:⁊ hoc in ſcd͞a pte vſq̄ ibi (Et bellicos.)

a ¶ Quorum vtraq̄. Si iſta debēt eſſe in principe tu iuſtiniane qd fe-ciſti: Reſpon.quorum vtraq̄.

b ¶ Cum ſummis vigiliis.i.cū ſū-

Vigilā-tib⁹ iu-ra sub-ueniūt. mo labore quo ad leges:nam ius ci-uile vigilantibus ⁊ non dormienti-bus ſcriptum eſt:vt.ff.que in fraud. cre.pupillus.in ſi. Accur.

c ¶ Prouidentia.ſ.quo ad arma.⁊ nota tres eſſe hominis ſtatus:memo-ria preteritorum:ſcientia preſentiū: ⁊ pruidentia futurorum.

¶ [illegible]. Vn̄ Seneca. De q̄tuor virtutibus. Si prudens eſt animus tuus tribus tēporibus diſpēſetur:p̄-ſentia ordi-na:futura p̄-uide: preter-ita recorda-re. Jo.fab.

¶ Quoꝝ vtraq̄[a] viam cum ſūmis[b] vigiliis: ſūmaq̄ p-uidentia[c] annuē-te[d] deo pfecim⁹. ¶ Et bellicos[e] g-

d ¶ Annuē-te deo. Deo grās refert: cuius auxi-lio triumphum meruit obtinere:vt C.de offi.pre.pre.africe.l.j.in pn.

e ¶ Et bellicos. Q̄ꝺ ꝯiūctim dixe-rat dicendo vtraq̄ viam ⁊c̄. nūc di-uidit dicendo primo qualiter ſe ha-buit circa arma. Accur.

¶ Et bellicos. Caſus. ¶ Jnci- p casu pit tertia ps in qua ſic forma caſuȝ. Et ſtabat adhuc laicus coram p̄n-cipe iuſtiniano imperatore ⁊ dice-bat. Dicite mihi qualr̄ circa arma vos habuiſtis pbe:q: dixiſtis.ſ̄. p-xi.§.q̄ circa arma vos habuiſtis p-be:⁊ qualr̄ circa leges:q:.ſ̄.pxi.di-xiſtis q̄ circa leges diutius vigila-ſtis. Juſtinianus r̄ndet dicens pri-mo qualr̄ circa arma ſe habuit. Et dic̄ ſi vis ſcire qualr̄ circa arma me habui:queras ab inimicis meis q̄s ſubiugaui ⁊ ſupaui ⁊ deuici. Et q̄-ras ab oibus de ꝓuintia que appel-lat̄ africa. Quia debes ſcire q̄ anti-quiſſimo tēpore illa ꝓuintia.ſ.afri-ca:⁊ alie inumerabiles ꝓuītie erāt ſubiecte imperio romano:⁊ romani perdiderunt illas ꝓuintias:⁊ ſtete-rūt ille ꝓuintie lōgiſſimo tempore extra iuriſdictionē romanoꝝ.ſ.p ſpa-tium.cv.annorum:⁊ tādē ego iuſti-nianus per meā ꝓbitatē:valentiā ⁊ ſapientiā recuperaui eas ⁊ ſubieci imperio romano:⁊ hoc in tertia par-te vſq̄ ibi. Omnes.

Barbari. Dido ſte.

a ¶ Barbarice. barbari ſunt q eẽ romanũ iperiũ ſũt & marie hoſtes.
b ¶ Deducte. de nouo.
c ¶ Tam africa. Sub qua multe prouintie continentur.
d ¶ Prouintie. Sic congrue: tã africa q̃ alie innumerabiles puĩtie iterũ addite. i. adiũcte ditioni romane. i. iuriſditioni noſtroq3 imperio poſt tanta &c. † ptẽſtantur noſtris victorijs a celeſti numine preſtitis: nã iſte prouintie prius fuerunt de romano imperio: poſt defierunt & poſt cẽtũquinq3 annos redierũt: vt hic: & hoc innuit quãdo dicit iterum.

† Jd ẽ p teſtimonijs ſunt cũ ſit noto riũ: cuius occaſione hic plene exa minat̃ mã3 no toꝛ Jo an. fa.

dē ſudoꝛes noſtros barbaricea gentes ſub iuga nr̃a deduceb cognoſcunt & tã3 africac q̃ alie innumeroſe puĩtie d poſt tãta tempoꝝ ſpatia nr̃is victoꝛijs a celeſti numine preſtitis iterũ ditioni romane noſtroq3 addite imperio proteſtãtur. ¶ Om̄s e vo ppl'i legibus tam a nobis promulgatis f q̃ cõpoſitis g reguntur. ¶ Et cum ſacratiſſimas conſtitutiones: antea

¶ Additio. Que dictio pprie ſumpta ſignificat bis: vt h: &. ff. de ... obli. fideicomiſſa. §. ſi quis decem. Impropꝛie vo pluries ſignificat: vt ff. de eden. l. veluti. §. hec vox. Angelus. Et quando dicit: & poſt tanta tempoꝝ ſpatia &c. vt. C. de offi. pre. pꝛeto. afri. l. j.

e ¶ Omnes vo. Uſq3 huc dixit q̃liter bellicã3 curã habuit: nũc qualiter legalem. Accur.

¶ Omnes vo. Lulius. ¶ Incipit quarta pars in qua dicit imperatoꝛ Juſti. qualiter circa leges ſe habuit dicens laico qui aſſiſtebat corã eo. Fili mi qꝛ circa leges me habui q quaſi omnes hoĩes de mũdo vtunt̃ legibus alioꝛum imperatoꝛu3: quas leges in meli⁹ refoꝛmaui. Ecce erãt enim olim tres codices. ſ. Hermogenianus: Theodoſianus: Gregoꝛianus: & alie conſtitutiones extrauagantes ſparſi3 poſite per quaternos & leges pꝛedictoꝛum trium codicum & aliarum cõſtitutionu3 extrauagãtium que valde erant ꝯfuſe: ego Juſtinianus ex illis tribus codicibus & ex alijs extrauagantib⁹ cõſtitutionib⁹ feci fieri vnũ codicem clarum & elucidatũ. Secũdo loco ego Juſti. habui reſpectu3 ad aliqua volumina deſperata & imenſa ſeu plura & īfinita: & ex illis voluminibus deſperatis cõpilari feci libꝛu3 digeſtoꝛum ſeu pandectarũ: & quaſi p mediũ pfundũ vadens iã per dei grãm adimplevi illud opus digeſtoꝝ ſeu pãdectaru3: & h in quarta pte vſq3 ibi (Cũq3.)

f ¶ Promulgatis. Scilicet a nobis: & dic de nouo. Et eſt pmulgare equitatem rudem & nãlem occulta3 iuris laqueis innodare. Componere autẽ eſt difficile pmulgata in oꝛdinem cõpendioſe redigere. Uel dic q pmulgare lege3 eſt eã condere: et conditã recitare: pꝛoferre: pronunciare: patefacere: pdere: vel manifeſtare. S3 cõponere pꝛie eſt diſponere. Et ꝯſtituere eſt quaſi ſimul ponere: vt patet in gloſa ſequenti.

g ¶ Compoſitis. Scilicet ab alijs quas refoꝛmauimus in melius. Uel dic compoſitis a nobis quaſi diceret compilatis a nobis: quaſi ſimul poſitis a nobis quales ſunt leges. ff. & C. & alioꝝ imperatoꝝ: ſuas enim & promulgauit & compoſuit.

¶ Additio. Et hanc dĩiam notant Jo. de platea: & Jo. fab. hic p ſtatuta

que debēt ꝓde ⁊ ſtricte itelligi.

a ¶ Confuſas.ſ. in tribus codicibus poſitas: Gregoriano: Theodoſiano: ⁊ Hermogeniano: vt.C.de no. co. componen.l.j.in principio.

b ¶ Conſonantiam.ſ. in vnum codicē quē non habemus: ſ; ex eo factus eſt iſte quē habem⁹: vt.C. de vete. iur. enu.cir.ꝑnc.

c ¶ Tūc.ſ. ſtatiȝ poſt cōpoſitionem illius codicis: fecimus digeſta.

confuſas [a] in luculentā ereximus cōſonātiam [b] tunc [c] noſtrā extēdimus curaȝ [d] ad immenſa [e] veteris prudentie volumina: ⁊ opus ꝺſperatū [f] qſi per mediuȝ ꝓfunduȝ [g] eūtes celeſti fauore [h] iam adimpleuimus [i].

¶ A trib⁹ viris illuſtrib⁹ iubente iuſtiniano liber inſtitutionū ꝓ facili tu-

d ¶ Curā. Vt nulla ꝯtrietas poſſet reperiri: nullaqȝ ſupuacua ſilitudo: vt.C.de ve.iu.enucle.circa ꝑn.

e ¶ Ad īmenſa. Nam erant tricies centena millia verſuū ideſt legū: vl' §. vl' reſponſo. ⁊ duo millia libroꝝ: ⁊ alie multe leges: vt.C.de ve. iur. enucle.l.ij.§.omnia: ⁊ in ꝓhemio.ff. §.et antea.

f ¶ Deſperatū.ſ.a ꝯſtantino: nam conſtantinus voluit hoc facere: ſed non potuit.

g ¶ Profundū. Reperit enī oīum legū tramitem qui ab vrbe romana condita ⁊ romuleis deſcēdit tēporibus: ita eē ꝯfuſum vt in infinitū extendat ⁊ nullius humane nāe capacitate ꝯcluderet: vt.C.de ve.iu.enu. l.j.in principio. Accurſius.

h ¶ Celeſti fauore. Subaudi mediante.

Inſtōnes ſcē ſunt añ codicē.

i ¶ Adimpleuimus. Poſt digeſta ergo ⁊ poſt primā cōpoſitionē codicis (quem non habemus) fact⁹ fuit hic liber: tamē ante cōpoſitionē ſecūdi codicis quem habemus: vnde qꝺ hic dicitur: qſiqȝ per codicē corrigitur: vt facit de anno vtili ꝗ obtinet ꝑm hunc librū: ⁊ in reſtitutione minoꝝ ⁊ maioruȝ: vt.j.de acē.§. rurſus. ſecus eſt per codicem in dictis reſtitutionibus: vt.C.de tēpo. in integrū reſtitutione.l.fina. Item in ſcꝺa eius cōpoſitiōe facit mētioneȝ inſtitutionuȝ iaȝ cōpoſitarum: vt.C.de emen. iuſti. co. ⁊ ſecūda eius editiōe. l.j. Accurſi⁹.

¶ Additio. De hoc etiā caſus.in.l.meminimus.in ꝑn.C.de legi.here.vbi tex. facit mētioneȝ de hoc libro. facit.l.j.C.de ve.iure enucle.qꝺ no.qñ aduerſaret adinuicem: debes magis ſtare legi.C.tāqȝ vltime: qȝ huic libro: niſi in illis legib⁹ de qb⁹ hic fieret mentio. Ang.

¶ Cuq. ¶ Diuidit in duas partes. Primo ponit qual'r mādauit fieri hūc librū. Scꝺo ponit cauſas ꝓpter q̄s. Scꝺa ibi (Vt liceat.) An.

¶ Cūqȝ. Caſus. ¶ Ibi icipit quarta pars in qua intēdit adhuc dicere imperator Iuſti. qual'r circa leges ſe habuit ⁊ dicit. Audi fili mi: ꝯdito codice digeſtoꝝ noluit adhuc quieſcere: ſed miſi per tribus ſapiētib⁹ curie mee.ſ.pro tribuniano qui erat doc. legū ⁊ in dignitate q̄ſtorie tūc poſitus. Itē miſi ꝓ Theo. ⁊ Doro. ꝗ erāt illuſtres viri ⁊ añceſſores nři: qꝛ forte fuerāt cū ꝑcedētib⁹ imperatorib⁹: qui tres viri de trib⁹ poterāt cōmendari. Primo de ſollertia: qꝛ valde intēti ⁊ ſolliciti erant circa artē legalē. Scꝺo de ſcientia: qꝛ valde erāt ſapiētes. Tertio de fidelitate: qꝛ ꝑcepta mea efficaciter ſuſcipiebant ⁊ ad effectū fideliter ꝑducebant: ſicut iā multotiens vidi ⁊

exẽplo cognouit: ⁊ cũ fuerũt in pre-
ſentia mea ego rogaui eos ⁊ p̃cepi
eiſdem vt mea aucte: ⁊ meis ſua-
ſionibus librũ inſtitutionuz. i. inſti-
tuta cõponerẽt: qḋ fecerũt. Et hic li-
ber inſtitu-
tionum fuit
bonus tripli
ci rõne. Pri-
mo fuit bo-
nus ad h̃ vt
rudes ſcho-
lares qui p-
poſuit audi-
re iura cum
primitus ſtudeãt in iſtis conſtitu-
tionibus a me Juſti. cõpoſitis: non
autem ſtudeãt in antiquis conſtitu
tionibus que fabulas ꝯtinent. Iſte
eni cõſtitutiones vtiles ſunt qꝛ ni-
hil inutile ꝯtinẽt: ⁊ nihil perperã. i.
male poſitũ vel iuri contrariũ ⁊ ni-
hil inuſitatũ: ſed continẽt ſolũmo-
do ea que ſunt vtilia ⁊ iuri ꝯſonan-
tia ⁊ quotidie emergẽtia ſeu eueni-
entia ⁊ accidentia. Secũdo bonum
fuit hũc librum inſtitutionũ cõpo-
nere: qꝛ ſcholares rudes volẽtes ſtu
dere in his inſtitutionib' plus ſci-
ent ⁊ addiſcẽt in vno anno q̃ʒ olim
addiſcerẽt vſqʒ ad quadriẽniuʒ q̃n
ab antiquis inſtitutionibus ſuũ ſtu
diũ inchoabãt ſiue incipiebãt. Tã-
dem in fine huius partis quinte di-
rigit ſermonẽ ſuũ impator Juſti. iu
uenibus ſiue ſcholaribus rudibus:
occaſione quoꝝ iſtũ libꝛuʒ inſtõnuʒ
fieri fecit dicẽs. O iuuenes p̃ncipiũ
legalis ſcientie habetis a me Juſti.
ſcʒ librũ inſtõnũ ⁊ quẽ legalis ſci-
entie: ſimil'r a me habetis. ſ. codicẽ
quẽ feci fieri ex tribus codicibus et
alijs extrauagãtibus ꝯſtõnibus: quia
p̃mo anno ſtudij legũtur iſtituta: ⁊
vltimo ãno ſtudij legit' codex: ⁊ am
bo ſunt libꝛi impiales ſeu impato-
ria ⁊ a me Juſti. cõpoſiti. Et ſic de-
betis vos iuuenes valde gaudere tã-
to honore: qꝛ principiũ ⁊ finẽ ſtudij
habetis a me Juſtini. ⁊ hoc in qn-
ta parte vſqʒ ad. §. Igitur.

venum eruditione compoſitus eſt. h. d. Angelus.

Cumqʒ hoc[a] deo ppitio[b] pactuz[c] ẽ: tribuniano[d] viro magnifico: magiſtro ⁊ exqueſtori[e] ſacri palatij noſtri: necnõ[f] theophilo ⁊ dorotheo viris illuſtribus[g]

a Hoc. ſ. volumẽ ſtoꝝ. ⁊ codicis.
b Deo ꝓpitio. i. deo coadiuuãte.
c Peractuʒ eſt. i. cõpletum.
d Tribuniano h̃ nomẽ ⁊ ꝯſequẽtia ſũt datiui caſus: ⁊ etiam dictio conuocatis: ⁊ conſtruuntur cum illo verbo in-
ferius. mandauimus.
e Exqueſtori. Pro ſuo ſimplici ponit'. ſ. queſtori. Nota q̃ trib' mo-
dis dicit' queſtor. Primo ille q̃ cõgre-
bat pecunias tributoꝝ per mũdum
⁊ ſeruabat. † Secundo ille qui pre-
erat capitalibus cauſis. Tertio qui
ſtabat vt legeret libꝛos p̃ncipales:
qui candidatus p̃ncipis dicebat': ⁊
ita hoc tertio mõ accipio h̃: vt. ff. de
offi. queſtoris. l. j. in fi. ⁊ de ori. iur.
l. ij. §. deinde cũ erarij. Uel dic ſm
Jo. q̃ tã fuit in illo officio: ſed nunc
nõ eſt inde exqueſtor. i. intra q̃ſtu-
ram poſitus. Uel dicas tertio eẽ no-
men dignitatis vt ex conſul. vt. C.
de aduoca. diuer. iu. l. petitionez. ibi
egredientem.

Queſtor dĩ tripl'r. † Et h̃ in iure diuerſis nol' h' nuncupat': ſcʒ ſuſceptor ⁊ opiator: vt C. d ſuſcept. ⁊ Archi. l. niſi opiatores li. x

Idem. Iſte tñ expõnes reci-
dunt in vnũ: qꝛ extra adminiſtratio-
nẽ poſitus quis retinet dignitatem
C. vt digni. oꝛ. ſer. l. j. ⁊. ij. ſm Jod.
fab. ⁊ Ange. hic.
f Necnon. Nota due negatiões
faciunt vnam affirmationẽ: vt hic ⁊
ff. de verbo. ſigni. l. duobus.
g Illuſtrib'. Quatuoꝛ ſũt oꝛdi-
nes dignitatũ maximi: vt ſupillu-
ſtres. magni: vt illuſtres. medij: vt
ſpectabiles. minimi vt clariſſimi: q̃s

Impe. meoꝛuʒ cert' di gnitati b' ẽ cõceſſuʒ.

ſpecifica: vt in auc. de ap. §. j. ñ. iõ. ꝛ iiij. col. iiij. ꝛ in auc. vt ab illuſtribus: ꝛ qui ſupra eos ſũt. col. v. Sũt ⁊ infimi: vt defenſores ciuitatum ꝛ magiſtratus municipales: ꝛ iſti nõ hñt merum imperium.

talis magiſter qui in ſe laudabilẽ vitã probis moꝛibus mõſtrabit: ꝛ docẽdi peritiã: facũdiã dicendi: interpꝛetãdiq; ſubtilitatẽ: ꝛ copiam diſſerendi ſe hñe patefecerit: vt. C. Preſũ de pſeſ. qui ptio ex in vr. cõ. varijs li. l. j. li. xij. ſumit.

antecessorib[us] [a] noſtris (quoꝝ [b] omnium ſollertiam ꝛ legum ſcientiam ꝛ circa noſtras iuſſiones fidem iam ex multis rerũ argumẽtis [c] accepimus [d]) conuocatis: mãdauimus [e] ſpecialiter: vt ipſi nr̃a auctoꝛitate nr̃iſq; ſuaſionib[us] [f] inſtitõnes [g] cõponerent.

℞ Additio. Et ſi põtates ꝛ rectoꝛes ciuitatuꝫ non deberẽt poſſe igerere penã ſanguinis: q̃nis ꝫſilium de facto obſeruetur vt hic p Ange. Sed ſupioꝛes ſic. Vñ ꝟſus. Illuſtris pꝛimus: medius ſpectabilis: imus. Ut ler teſtatur clariſſimus eſſe pbatur. Et ſuper illuſtris ꝑponit oib[us] iſtis.

Item in fidelitate: nã ex quo hactenus fideles ertiterũt: pſumitur pro eis. ff. de re mili. l. non oẽs. §. a barbaris. de pteritis enim ſumimus coniecturã ad futura. ff. de accu. l. ſi cui. §. eiſdẽ. ꝛ quandoq; occultam coniecturaꝫ ſumimus ad preteritũ: vt. C. ad. l. iulia. de adul. l. ſiquis adulterũ.

a ℞ Antecessoꝛib[us]. Scia vel etate: vel quia fuerant precedentibus cum imperatoꝛibus.

b ℞ Quoꝝ. Hic eſt interpoſitio vſq; illuc cõuocatis ꝛc. Et nota q̃ in tribus hic cõmẽdantur qui ſunt huic arti intẽti. Pꝛio in ſollertia. i. in cautela vel igenij ſcia: vt. l. j. C. ſi. ma. fac. alic. fac. ſine dcre. ra. ha.

℞ Additio. Eſt ei ſolers ſollicitus vigil: aſtutus: ſagar: ꝛ iduſtri[us]: vt dixit Jo. and. in cap. j. de offi. de leg. in cle. Dicit aũt ſolers a ſolon qd̃ eſt totũ: ꝛ ars artis: quaſi totus ex arte ꝯſiſtens: vt eſt doctus aduocatus: qui ſepe publicis ac priuatis in rebus lapſa erigit ſua induſtria cãm perditã reſtaurãs: fatigata reparat: litib[us] multo tpe ptractis finẽ imponẽs: ꝛ quẽadmodum miles ſtrẽnu[us] clipeis ꝛ thoꝛacib[us] rẽpublicam: ſic aduocat[us] pitus glorioſa voce ꝛ ſollertia parẽteſq; ſaluat ꝛ ptegit. C. de aduoca. diuer. iudicuꝫ. l. aduocati. Finis additionis. Jn legã magiſtra ſcia. Eligendus eſt. i. debet.

Magiſtris eẽ

℞ Additio. Uide glo. in capi. ſcribam. de preſumptio.

c ℞ Ex multis rerum argumentis. i. ex multis rebus vel negocijs que ſunt argumenta. Unde dicit Prouerbium. Opus laudat magiſtrum. ſic in auctẽ. de monachis. §. ſancimus. col. j.

d ℞ Accepimus. i. recepimus.

e ℞ Mãdauimus. i. pcepimus.

f ℞ Suaſionibus. Jn bona pte accipe. al's in mala accipit. ff. de ſer. coꝛ. l. j. §. perſuadere. ꝛ. C. de fur. ꝛ ſer. coꝛ. l. ſiq̃s perſuaſerit.

g ℞ Inſtõnes. Jdeo ſic dictas q̃ in ſtatuꝫ romani iuris nr̃am erigũt intelligẽtiã: vt. ĩ. ti. j. §. his igitur.

℞ Additio. Adde q̃ inſtituta et inſtitutiones differũt. Inſtituta. i. boni moꝛes ſunt: conſilio ꝛ ratione ſumpti. inſtitutiones ꝟo ſunt preceptiones quibus inſtituuntur et docentur homines: vide Laurentium valla in libro elegantiarum. libro. iiij. capi. xj.

a ¶ Vobis. Loquitur iuuenibus.
b ¶ Cunabula. Per ſimile loquitur: quia ſicut in cuna infantes primo morantur: ita iuris acceptor inſtituta primo legere debet ſic. ff. de offi. pre. ptor. l. j. §. his cunabulis.
c ¶ Fabulis. Quia in antiquis inſtitutionibus erant fabule: que fabule nec vera nec veriſimilia continebant ſecundum Tullium.
¶ Additio. Et id tangit hic Ange. quibus libris ſit fides adhibenda.

¶ Ut liceat vobis [a] prima legum cunabula[b] non ab antiquis fabulis[c] diſcere: ſed ab imperiali[d] ſplendore appetere: ⁊ tam aures quam anime veſtre nihil[e] inutile nihilque perperam[f] poſitum: ſed quod in ipſis[g] rerum obtinet argumentis accipiant. Et quod in priori tempore vix poſt quadriennium prioribus contingebat: vt tunc conſtitutiones imperatorias legerent[h]: vos a primordio[i] ingrediamini: digni[k] tanto honore tantaque reperti felicitate: vt ⁊ initium[l] vobis ⁊ finis[m] legum eruditionis a voce principali[n] procedat.

¶ Inſtitutionum liber multa decla-

d ¶ Ab imperiali ſplendore. i. ab imperatore qui ſplendet.
¶ Additio. Vel dic. Ab imperiali ſplendore. idest ab imperialibus conſtitutionibus: que ſplendere dicuntur. Joannes fabri qui hoc diſputat an cauſe poſſint committi viris ignaris litterarum: concludens quod ſic. ſi tamen alias habeant factorum experientiam.
e ¶ Nihil inutile. Quo ad aſum: vel nihil inutile. idest inuſitatum: vt patet ex eo quod dicit. j. proximo: ſed quod ⁊c.
f ¶ Perperam poſitum: quo ad aures. Vel dic. idest male poſitum ⁊ contra ius.
g ¶ In ipſis. Idest in ipſa rei veritate: vel in his que quotidie emergere poſſunt. Non autem inueniuntur hic ea que non poſſunt euenire: quia de his non curant legiſlatores: vt in auctentico: vt ſine prohibitione ma-

trices debitrices ⁊ creditrices. §. que ſo. collatione. vij. ⁊. ff. de legi. ⁊ ſenatuſconſulto. l. iura. ⁊ l. ſeq. Accur.
h ¶ Legerent. Nam ⁊ olim a principio legebant imperiales conſtitutiones. ſcilicet inſtitutiones antiquas: vt in prohemio. ff. §. diſcipuli.
i ¶ Primordio. id eſt tantum primo anno proficietis quantum proficiebatis in quatuor. Et nota quod adulatur nobis imperator. Accurſius florentinus doctor famoſiſſimus.
k ¶ Digni. Vos dico digni ⁊c. Accurſius floren.
l ¶ Initium. Scilicet liber iſte.
m ¶ Finis idest codex. Nam primo anno inſtitutiones legi debent: in quinto legitur codex vt in prohemio. ff. §. pro reſponſis. ibi (Quibus ſi bene.) Accurſius flo.
n ¶ Principali. Idest principis. Et nota quod hec ſcientia caput habet ⁊ finem: ſed in aliis artibus hoc non fit: ſed vtiliſſime ſint: vt in prohemio ff. §. ſed quia.
¶ Igitur. Diuiditur in duas partes. Primo ponit: qualiter mandat diuidi hunc librum in quatuor libros. Secundo ponit quid continetur in his quatuor libris. Secunda ibi (In quibus.) Item prima ſubdiuiditur in duas partes. Nam primo ponit dictum. Secundo eius cauſam. Secunda ibi (Vt ſint.) Aug. are. Diuiſio

rans obſcura:in q̄tuoꝛ libꝛos diuiſus eſt.h.d. Angelus.

ℭ Igitur [a] poſt libꝛos qnquagita [b] digeſtoꝝ [c] ſeu pādectaꝝ [d] in qb⁹ oē ius antiquū collectū eſt : quos [e] per eūdem virū excelſum tribunianū: necnon ⁊ ceteros [f] viros illuſtres ⁊ facūdiſſimos cōfecimus:in hos quatuoꝛ libꝛos eaſdem [g] iſtōnes partiri iuſſimus [h]. ℭ Ut ſint toti⁹ legitime ſciē pꝛima elementa [i].

